

mia sive dispensatione in V. & N. T. non licet argumentari ad distinctionem essentialem. Nam accessoria, sive circumstantiae, non mutant substantiam sive fundamentum rei: Iam verò Christus est unicum & perpetuum fundamentum fæderis gratuiti in V & N. T. ante legem, sub lege, & post legem. *Heb. 13. 5. Rom. 4. v. 1. 6. Act. 15. II. Rom. 4. 13.* Memineris hic dispensationem V & N. T. fuisse internam, ut in collatione donorum: vel externam, in promulgatione.

III. *Posito fædere gratia ponuntur duas conditiones: videlicet conditio fidei & nova obedientiae.* Veraque urgetur in T. V & N. & ibi quidem minus clare & largè, hinc clarius & largius quantum ad amplitudinem fæderatorum. Hinc patet conditionem fidei non excludere, sed includere conditionem obedientiae novæ. Et si enim excludit obedientiam perfectam, non tamen Evangelicam. *Rom. 3. 27. Iac. 2.*

IV. *Argumentum à iypis & umbris V.T. valet ad res significatas vi tertii, in quo converiunt.* Sicut itaque similirudinem non oportet extendere ultra tertium: sic in collatione iyporum & rerum significatarum non oportet discedere ab hac eadem regulâ. Magistrum hujus applicationis habemus apostolum hinc in epistolâ ad Hebreos.

V. Ab